



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

53. Ad Apostolatus &c. Declaratio Nullitatis damnatio, & reprobatio
restitutionis Ecclesiasticæ communioni Officialium Civitatis Liparen.
Catapani nuncupatorum, quos ex causâ violatæ Immunitatis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

hanc paginam Nostrorum Definitionis, Decreti, Adscriptoris, Mandati, Statuti, Relaxationis, Concessio[n]is, & Voluntatis infringere, vel ei atusu temerario contrarie; Si quis autem hoc attentare presumperit, Indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo duodecimo, Undecimo Kalendas Junii Pontificatus Nostræ Anno Duodecimo.

Ego CLEMENS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

† Nicolaus Episcopus Portuen. Card. Acciajolas.
† Fabritius Episcopus Prænestinus Cardinalis Spada.
† G. Tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyt. Card. Marciottus.
† F. Tit. S. Petri ad Vincula Presbyt. Card. Astallius.
† B. Tit. S. Praxedis Presbyt. Card. Panciatius.
† F. Tit. S. Balbinæ Presbyt. Card. de Abdua.

† Fr. Thomas Maria Ord. Prædic. Tit. S. Clementis Card. Ferrarius.
† Joseph Tit. S. Mariæ Transpontinæ Presbyt. Card. Sacripantes.
† J. B. Tit. S. Cærei Presbyt. Card. Spinula S. R. E. Camerarius.
† F. Tit. SS. Jo. & Pauli Presbyt. Card. Pauliutius Major Pœnitent.

† Franciscus Tit. S. Eusebii Presbyt. Card. Martellus.
† Laurentius Tit. S. Susannæ Presbyt. Card. Corsinus.
† Franciscus Tit. S. Cæciliae Presbyt. Card. de Acquaviva.
† Philippus Tit. S. Chrysogoni Presbyt. Card. Gualterius.
† J. Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyt. Card. Vallemanus.

† J. Tit. Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyt. Card. de la Tremoille.
† C. A. Tit. S. Augustini Presbyt. Card. Faronius.

† Aloisius Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Priolus.
† Jo. Baptista è Societate Jesu Presbyter Card. Ptholomæus.
† Fr. F. M. Tit. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Casinus.
† B. S. Mariæ in Viâ latâ Diaconus Cardinalis Pamphilus.
† Petrus S. Laurentii in Damaso Card. Ottobonus.
† Carolus S. Agathæ Cardinalis Bichius.
† J. R. Diaconus S. Georgii in Velabro Card. Imperialis.
† Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Barberinus.
† L. S. Nicolai in Carrere Tulliano Card. de Alteriis.
† C. S. Mariæ de Scalâ Diaconus Cardinalis Columna.
† Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diaconis Cardinalis Grimaldus.
† Annibal S. Eustachii Diaconus Cardinalis Alanus.

Loco + Plumbi,

Joseph Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Vila de Curia pro R.P.D. Masserio

L. Sergardus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

D E C L A R A T I O

Nullitatis, damnatio, & reprobatio restitutio[n]is Ecclesiastice communioni Officiuum Civitatis Liparen. *Catapani* nuncupatorum, quos ex causa violæ Immunitatis Ecclesiastice R. P. D. Nicolaus Maria Tedechi Episc. Liparen. in Censuras incurrisse declaraverat, temere, ac damnabiliter præsumpta per quendam Delegatum prætensi Tribunalis Siciliae, nec non injusta detentionis Didaci Hurtado Vicarii Generalis illius Ecclesiæ, aliorumque exinde fecutorum, cum nonnullis Declarationibus, Decretis, & Ordinationibus.

AD Apostolatus nostri notitiam, non sine gratiâ animi nostri perturbatione pervenit, quod cum Venerabilis Frater Nicolaus Maria Episcopus Liparen. ante aliquot menses Joannem Baptistanum, sive Baptistam Tesorerum, & Jacobum Christo Civitatis Liparen. Officiales, vulgo: *Catapani*: nuncupatos ex causa violæ ab eis Immunitatis Ecclesiastice pœnâ excommunicationi Nobis, & Apostolica Sedi reservata innotatos, ritè, ac servato juris ordine, declarasset, Sæcularis potestatis Regni Siciliae Administrï, quamvis ejusmodi negotio, quod ad eos non pertinebat, nullatenus scel[er]e ingere debuissent, nihilominus minimè attento, quod Ecclesia Liparen. Antistes Nobis, & huic Sanctæ Sedi immediate subjectus, ac tot, tantisque ab eâ gratis, & privilegiis insignitus repetitur, eumdem Nicolaum Mariam Episcopum, ejus-

LIII.

Exponit moletias illatas
Nicolaus Maria Episcopo
Liparen. in odium ex-
communications quam
incurrisse declaraverat
Officiales il-
lius Civita-
tis.

eiusque Ministros multiplicibus, gravibusque vexationibus propter præmissa afficeret, ac exigitare veritatem non fuerunt.

Quamvis
hac excom-
municatio
esset referva-
ta S. Sedi,
abstinentia
fuit à quodam
præten-
so Tribunalis
Siciliæ.

S. 1. Quinimodo, tametsi excommunicatio praedicta, tanquam ab Ecclesiastica Immunitatis violatione proveniens, in eorum numerum referenda esset, quarum absolute nonnulli à Romano Pontifice pro tempore existente obtineri potest, ita ut nemini alteri, etiam ad cautelam, ac cum recidentia, & ad effectum agendi tantum, eam concedere fas sit; atamen quoddam prætentum Tribunal ejusdem Regni nullâ ad id legitimâ facultate suffultum Officialibus praedictis, sicut præmititur, excommunicatis absolucionis beneficium impendere ausum fuit. Qua postmodum re ad Judicium nostrum delata, & à Nobis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & Controversiis Jurisdictionalibus præposita commissa ab eadem Congregatione, prævio diligenter, ac maturo examine, Decretum prodit, quo absolutione à dicto prætenso Tribunali concessa præfatis Excommunicatis nulla proflua, ac irrita ex defectu jurisdictionis declarata fuit, idemque Decretum à Nobis approbatum, in dictâ Civitate Liparen. iussu nostro promulgatum subinde fuit, ut pro veteri Ecclesiæ more iudicem Excommunicati, velut aquâ, & igne interdicti, & tanquam putrida membra canonicae severitatis gladio abscissa, ne totum corpus inficerent, ab omnibus Christifidelibus vitarerentur.

Eadem absti-
lutione irrita
declarata fuit
à Congrega-
tione Immuni-
tatis Ec-
clesiasticae
cum successi-
va publica-
tione Decre-
ti in d. Civi-
tate.

S. 2. Hinc porro secutum fuit, ut quidam Vincentius Aucellus Ecclesie Sancti Petri Panormi Canonicus cum Notario, armatique familia Liparam ablegatus fuerit ad hoc, ut nedum Autores, & consciens promulgationis memorati Decreti diligenter inquireret, ac puniret, verum etiam prædictos Officialies, sicut præmititur, excommunicatos Christifidelium commercio, Sacramentorumque participationi, publicâ ejusdem Congregationis declaratione contempta, restituierunt. Quæ omnia idem Vincentius pro Regio, sive antedicti prætenso Tribunalis Delegato gerens, non sine maximo Fidelium scandalo, summaque Ecclesiasticarum Legum iniuria, ac manifesta etiam Apostolicae Sedis offensione, audacter executus fuit. Primum enim omnium, statim ad Liparam peruenit, prædictos Excommunicatos secum ad Ecclesiam B. Virginis Gratiarum nuncupatae palam adduxit, & Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare ipsis præsentibus non exhorruit.

Excommuni-
catus tamen
Ecclesiastica
communioni
restituit qui-
dam Delega-
tus præten-
so Tribunalis
Siciliæ, qui
celebravit
Missam co-
ram eisdem
excommunicatis, aliaque
temere, & at
tentatè ges-
fit.

Vicario ge-
nerali Dida-
co Hurtado
expeditioni
Causarum S.
Officii in-
cumbenti do-
mum pro
carcere affi-
gnavit.

S. 3. Deinde pluribus ex Saeculari, & Regu-
lari Clero Sacardotibus ad se accitis injunxit, ut
ipsos Excommunicatos ad communionem in di-
vinis, & Sacramentorum participationem admittent, gravibus, si fecus fecissent, indictis poenis; quin etiam nonnullos, qui divini iudicij timore correpti iis Sacraenta Ecclesiæ administra-
re ante illud tempus merito detrectaverant, pecuniaris multe afficeret, & ad eas representandas vi compellere non erubuit; Præterea peccata peccatis adjiciens, missio Francisco Aucello Nepote suo una cum Laurentio Mauricello, sive Morello executori ad Dilectum Filium Didacum Hurtado predicti Nicolai Mariae Episcopi Vicarium in Spiritualibus Generalem, tunc maximè in Episcopali Palatio de rebus ad Sanctum Officium pertinentibus cum Consultoribus, & Qualificatoribus ad id deputatis agentem, pari temeritate personaliter ei præcipi, ac intimari fecit, ut sub pœna quadrangularium uncianarum moneta Sicula usque ad novum ipsius Vincentii mandatum domum pro carcere retineret; Cumque idem Didacus Vicarius Generalis ipsius Vincentii im-
petum coercere, eumque ad salubriora consilia

revocare fatigens illi transmisisset judiciale Moni-
torium, quo tam ipse, quam Franciscus ejus
Nepos, ac Laurentius prædicti causam dicere re-
quirebantur, propter quam declarandi non es-
sent innodati censoris, qua Apostolicis Constitu-
tionibus, ac præsertim fel. rec. Julii Papæ III.,
qua incipit: *Licet à diversis: nec non Pii Papæ
V. Prædecessorum nostrorum, cuius initium est:
Si de protendis: adversus impeditentes Inquisito-
res, & Causas Sanctæ Inquisitionis præscribuntur:*
Item Vincentius cæcæ, inconfluctaque abruptus irâ
eo audacia progressus fuit, ut non modo binos
Sacerdotes, qui ejusmodi Monitorium ipsi reddi-
derant, constringi vinculis, ac arctissimum in car-
cerem detrudi mandaverit, verum insuper assump-
tis fecum Joanne Baptista de Albertis Notario, Nicolao Sciacca Actuario, prædicto Laurentio Mauricello, seu Morello, & Josepho Xhiaxia Executoribus, vulgo *Algozirii* nuncupatis, nec
non quinquaginta Milibus Stationariis, Episco-
pale Palatium, ubi supradictus Didacus Vicarius
Generalis morabatur, bellico more circumseps-
erit, portam, vi adhibita, occupaverit: injectis
qui in eundem Didacum Vicarium Generalem
sacrilegis manibus, tum ipsum, tum etiam Di-
lectum Filium Ildephonsum Areicum Monachum
Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinen-
sis memorati Nicolai Mariae Episcopi Confessa-
rium captivos detineri preceperit, domumque ip-
sius Didaci Vicarii Generalis, in quam ambo
mox sele repererant, à prædictis Stationariis Mi-
litibus diu, nocteque per plures dies custodiari
fecerit. Ad hæc pari audacia in custodiā tra-
derit Notarium, Actuarium, ac reliquos omnes
Curia Episcopalis Liparen. Ministros, nec
non dilectum pariter filium Franciscum Canalem
Parochum Cathedralis Ecclesiæ Liparen., & octo
alios Sacerdotes non alterius criminis reos, nisi
quod præfatis Officialibus, quibus Sacris inter-
dictum erat, Ecclesiæ Sacraenta ministrare ab-
nuissent.

S. 4. His vero minime contentus præfatus
Vincentius dictum Didacum Vicarium Generalem
bonis quoque exuere aggressus fuit, ejusque do-
mesticam suppellectilem à supradictis suis Minis-
tris, & Executoribus accuratè describi fecit, ac
publico in foro venalem se propositurum communi-
nari non timuit, nisi ingens pecunia summa re
ipsa sibi numeraretur, quam cum prædictus Didac-
us Vicarius Generalis promptam non haberet, illam ad redimendam suam suppellectilem præfa-
tam, foedere accipere compulsa fuit. Nec ta-
men eâ expressa pecunia summâ, totque, ac tan-
tis aliis illatis vexationibus idem Vincentius inge-
nio suo adhuc satisfecisse videbatur, sed, que-
madmodum novissime illarum partium literæ
nunciarunt, de præfato Didaco Vicario Genera-
li, & aliis aliquot Sacerdotibus in custodiâ deten-
tis Panormum traducendis cogitabant. Quid por-
rò deinde iis evenerit, incomptum haec tenus nobis est; deteriora tamen queaque metuere nos
cogit Viti temeritas, ac impudentia qui tam
probroba, ad indigna facinora admittere non du-
bitavit, Ecclesiastica Immunitatis hostis, & ever-
for factus, qui utpote Ecclesiæ ministeriis ad-
dictus, illius potius vindex, ac propugnatori ellæ
debusset.

S. 5. Cum autem præmissa omnia, quæ ex
processibus desuper confeditis respectivè constant,
ac ita notoria, & publica existunt, ut nullâ pos-
sunt tergiversatione celari, præfatis, aliisque Aposto-
licis Constitutionibus manifeste adversentur,
nec non Ecclesiæ libertati, atque auctoritati ma-
ximum, & gravissimum præjudicium intulerint,
atque adhuc inferant: ac præterea in scanda-
lum plurimorum tendant, anithafque pretio-

In odium
Monitorii
præsentati
pro declara-
tione incur-
sus cenfur-
rum cum
dem Vicaria-
rium, & Epi-
scopici Con-
fessarii
captivos de-
tinet cura-
vit: ac Mi-
nistros Cu-
ria Episcopa-
lis, nonnulli
losque Sacer-
dotes ab-
nuentes ad
communio-
nem admitt-
tere supradic-
tos excom-
municatos
carcerari.

Domesticam
suppellecti-
lem Vicarii
describi cu-
ravit, eam-
que redimi
pecunia data
coegit.

Motiva infra
recente
declaratio-
nis & repro-
bationis.

Salvatoris, & Domini Nostri Iesu Christi Sanguine redemptas in gravissima pericula conjecerint, & deplorantia malis involvere pergent; Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in terris a Domino constituti sumus, libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam a temerariis, & pernicioseis hujusmodi contibus illas tueri, & conservare, nec non animatum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, ac omnium, & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo decreta, ordinata, acta, & gesta fuerunt, feriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non Tribunalium, Judicium, Ministeriorum, Officialium, & aliorum quorumcumque in praemissis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliae quecumque etiam specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirentia prætentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & singillatim specificatis habentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matræ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula decreta, præcepta, processus, sententias, ordinationes, mandata, & alia quilibet tam a predicto Vincentio Aucello, sive per se, sive per alios, quam a quibusvis Tribunalibus, Judicibus, Ministeriis, & Officialibus, aliisque quibuscumque personis etiam specifica, & individua mentione dignis in praemissis, seu eorum occasione, in præjudicium, ac detrimentum libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiastice, atque autoritatis Apostolicæ respectivè quovis modo emanata edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quandocumque fecuritis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuxta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem damnableiter attentata, ac de facto præsumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficacia esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neque illa ullum statuta facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuis itidem haberi debere, tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad maiorem, & abundantiorem cautelam, & quantus opus sit, illa omnia, & singula harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritatis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

Officiales,
& Ministros
hic nominatos, & alios,
qui operam
in praemissis
præstiterunt,
in censuras
S. Sedi refer-
vatas incidi-
se declarat.

§. 6. Præterea motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ex parte Omnipotentis Dei, autoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, eisdem Vincentium Aucellum, ejusque Nepotem Franciscum Aucellum, Joannem Baptistam de Albertis Notarium, Nicolaum Sciacca Actuarium, Laurentium Mauricellum, sive Morellum, & Josephum Xhaxia Executores vulgo *Algozios* nuncupatos, necnon N. N. N. N. N., & N. Stationarios Milites, qui prædicto Vincentio in praemissis damnablem operam, & auxilium, ut præfertur, præstiterunt; propter eadem praemissa in majorem excommunicationem, ac in alias censuras, & penas a Sacris Canonibus, Universibus Conciliis, nec non prædictis, aliquique Constitutionibus Apostolicis, ac speciatim illa quotannis in die Cœm Domini legi solita contra similia perpetrantes infictas, promulgas, & fulminatas, a quibus nonnisi à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice (præterquam in mortis

Omnium
praemissorum
attentato-
rum, nul-
litatem de-
clarat.

Eaque par-
ter reprobat,
ac damnat.

articulo, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisa iendo cautione præstata, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvit, damnableiter incurrit, carumdem tenore præsentium declaramus, ipsosque, & eorum quemlibet excommunicatos publicamus, & denunciamus.

§. 7. Eisdem porrò censuras, & penas se incurrisse scient nedum alii omnes, cujuscumque tandem status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitas fuerint, qui præmissa mandarunt, perpetrarunt, & executi fuerunt, seu illis auxiliis, consilium, vel favorem quomodolibet præstiterunt, sed, & illos, qui in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eisdem præmissis quovis modo culpabiles fuerunt; seque præterea a censuris, & penis hujusmodi nonnisi pariter à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo sub certis modo, & formâ superius expressis) absolvit, & liberari posse.

§. 8. Decernentes eisdem præsentis literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo quod tam specialiter nominati, ac ceteri supradicti, quam alii quicunque in praemissis intercesserint, seu habere quomodolibet prætententes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitas existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non conseruent, nec ad ea vocati, citati, & audiiti fuerint, aut ex alia quilibet causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatibus vitiis, seu intentionis nostræ, vel interessi habentium confusus, aliove quilibet, etiam quantumvis magno, & substantialissimo, ac incogitato, & inex cogibili, individuamque expressionem requirente factu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutio in integrum, aliudve quocumque juris, facti, vel gracie remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato, quamvis in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; Sed ipsi præsentis literas se per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtainere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabilit, & inconcussè observari: Sique, & non aliter in praemissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularium Palati Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstinibus quibusvis Apostolicis, ac in universibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora statutis, & confuetudinibus, & præscriptionibus, quacumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis supra dictis, aliove quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, a Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per

Derogatio
contrario-
rum.

per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis; etiam continentibus, quod excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, & indultis hujusmodi mentionem.

I. 5. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transtupis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & si gillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibetur, que ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostense. Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die xviij. Junii MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

F. Oliverius.

Fides haben-
da Transum-
ptis.Dat. 18. Ju-
ni 1712.

LIV.

C O N F I R M A T I O

Decreti Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo sancitum servari solitum in electione Provincialium Provinciarum S. Antonini, & S. Crucis Ordinis Prædicatorum in Indiis Occidentalibus, hoc est, admitti ad ferendum suffragium Priores Domorum, seu Conventuum, ubi minus etiam, quam quatuor Fratres degunt, non obstante Brevi contrario Pauli V., & aliis quibuscumque.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

Status con-
troversia.

In Provin-
ciis S. Anto-
nini, & S.
Crucis Prio-
res Dom-
orum, ubi
nullus aliis
religiosus de-
gebat semper
suffragium
tulerunt in

Nuper pro parte Dilecti Filii Didaci de Herre-
ra Lobaton Fratris expressæ Professi Ordinis
Prædicatorum, Procuratoris Provinciarum S. An-
tonini novi Regni Granatensis, & Sanctæ Crucis
ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus, Con-
gregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R.
E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Epis-
coporum, & Regularium præposita exposito,
quod inconcussa, & inveterata praxis in dictis Pro-
vinciis semper viguerat, ut licet ab eorum Con-
ventibus, seu Domibus exiguis, nempē duorum,
trium, vel quatuor Religiosorum numerus aleretur,
& in aliqua ex Domibus hujusmodi unus tantum Religiosus nomine Prioris habitare,
eo quia aliquot ex dictis Domibus pro Doctri-
nis, seu Parochiis ad instructionem Populorum

illarum partium destinatae erant; nihilominus Do-
morum prefatarum Priores, seu Vicarii votum,
five suffragium in eorum Capitulo Provincialibus
semper tulerant, ac in electione proprii Prioris.
Provincialis, tanquam legitimi Vocales habiti
fuerant, quemadmodum dicta præaxis approbata,
& præscripta reperiebatur ad formam propriarum
Constitutionum à diversis Romanis Pontificibus
Prædecessoribus nostris, videlicet à fel. rec. Cle-
mente PP. VII. Prædecessore nostro vigore qua-
rundam suarum literarum in simili forma Brevis
die xxi. Julii MDXXXIII. expeditarum, ac à rec.
mem. Paulo PP. III. itidem Prædecessore nostro
per binas suas itidem in forma Brevis, primas
quidem sub Dat. x. Aprilis MDXL, in quibus per
sequenta verba disponebatur, id est: & quatenus
Domus, & Loca ejusdem Ordinis duodecim
numerum Fratrum non habuissent, & numerum
quatuor Fratrum hujusmodi dumtaxat continu-
fuerint, illarum voces pro electione hujusmodi Prio-
ris Provincialis juxta earundem Constitutionum
formam sufficerent: alteras verò literas hujusmo-
di sub Dat. primâ Januarii MDXLVI. per infra-
scripta verba indulgebatur: ut dictarum Domorum
Vicarii, etiamsi in eis minus, quam quatuor Fra-
tres extitissent, vocem in electione dicti Prioris
Provincialis haberent.

J. 1. Præterea idem colligebatur ex quibusdam aliis pia mem. Gregorii PP. XIII. similiter
Prædecessoris nostri, Idibus Julii MDLXXX. sub
plumbō signante, ad favorem memoratae Provin-
ciae S. Antonini expeditis literis; & denique per
alias rec. pariter mem. Alexandri PP. VII. itidem
Prædecessoris nostri die viii. Novembris
MDCLXIV. in eadem formâ Brevis expeditas li-
teras statuebatur, & ordinabatur, ut eorumdem
Priorum electiones in Capitulo Provinciali fierent;
si verò electio extra Capitulum Provinciale facien-
da esset, illa per vota, five suffragia secreta à
Prio Provinciali una cum duodecim aliis Religio-
sos antiquioribus, ac in Conventu Principali fieret;
ipsique Priores postea d. votum, five suf-
fragium in Capitulo præfato liberè ferre pos-
sent.

J. 2. Porro, hoc minimè obstante, sàpè præ-
tensus fuerat, illam electionem Prioris Provin-
cialis fuisse nullam, quæ celebrati contigissent in
aliqua ex dictis Provinciis cum voto, five suffra-
gio Priorum, seu Vicariorum Domorum, seu Con-
ventuum, in quibus non alebatur saltu octo Reli-
giosorum numerus juxta præscriptum quarundam
literarum similis me. Pauli PP. V. etiam
Prædecessoris nostri die 23. Septembris MDXI.
in simili formâ Brevis pariter expeditatum, per
quas statuebatur, ut Conventus præfati, qui nu-
merum octo Religiosorum sufficere non potuissent,
supprimi deberent; Si verò id executioni
demandari non valuerit, Regulares ad alios Con-
ventus, seu ad alias Domos Regulares transfe-
rentur: Ita ut in partibus Indiarum non reperi-
tentur Monasterium, aut Regularis Domus, in
quio, seu qua minor numerus octo Monachorum,
seu Fratrum regularem vitam duceret; & alijs
prout in supradictis Clementis, binis Pauli III.,
Gregorii, Pauli V., & Alexandri Prædecessorum
prefatorum expeditis literis, quarum tenores
praesentibus pro expressis, & insertis haberi volu-
mus, uberiori dicebatur contineri; & in eadem
expositione subiuncto, quid memorati Pauli V.
Prædecessoris literæ alijs supradictis, & præ
ceteris illis ejusdem Alexandri Prædecessoris literis,
quæ posterius emanarunt, adversabantur,
minusque ejusmodi Pauli V. Prædecessoris
literæ; quarum execilio arbitrio Episcoporum
tunc in eisdem partibus existentium commissa
fuerat, ut si ita pro Divini Cultus augmento,

Referuntur
Brevia Pon-
ticicia ea de
re statuentia.